



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Ad Natalem Rondinium. De Philautiâ fugiendâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Et confanguineos in mutua fœdera Reges,
 Amica pacis fœdera,
 Restitues, ac bella procul (quâ Bosporus audax
 Ignota committit freta)
 Vertet ab Hesperix populis in cornua Lunæ,
 Votis tuis motus Deus.
 Tunc repetet Solymas arces, & signa profanis
 Avulsa Thracum postibus
 Romuleas latè victrix suspendet ad aras
 Bellantis Europæ manus.
 Hæc tua nunc pietas, &, adhuc dum vita manebat,
 Jurata promittit fides.

A D N A T A L E M
 R O N D I N I N U M.

De Philautiâ fugiendâ.

Q U I sua cœcus amat, ceu natos cercopithecus
 Amore vefano fovet,
 Et necat amplexu, formam admiratus & ora
 Ridenda, visu & turpia;
 Audiat exemplum sacri miserabile vatis,
 Aurita qui Thracum potens
 Saxa movere sono, blandâ prece carminis ima
 Ditis refregit atria,
 Non exorato portas adamante rigentes
 Ingressus: ut raptam sibi
 Eurydicen superis Proserpina redderet auris,
 Lyræ sonantis præmium.
 Reddita jam fuerat conjux, cum ponè sequentem
 Jurata contra fœdera,

Respi-

Respicit infelix Orpheus, & quam nimis ardet,
 Amando perdit conjugem.
 Tristia Narcissi quis funera nescit, & ignes?
 Quem fontis umbra lucidi,
 Et sterilis decepit amor, dum prendere vultus
 Imo repercussos vado
 Sollicitus, visæ tabescit imagine formæ
 Amator imprudens sui.
 Ergò cave, quisquis simili vefanus amore,
 Apollinari laureâ
 Carmina digna putas, nugis quæ plena canoris,
 Sed cassâ rebus parturis
 Iratis Musis. Tantum sitis improba laudum
 Suadere amat dementiæ.
 Non eadem nobis es, RONDININE, monendus,
 Ocelle gentis Italæ,
 Noster amor, qui jura licet divina piorum
 Perfusa doctrinâ Patrum,
 Et Latii veteres, & Graiæ Palladis artes
 Claudas capaci pectore;
 Non ideò temet vanus miraris, ut ales
 Superba Junonis solet
 Pandere laudatæ gemmata volumina caudæ
 Ad discoloris Iridis
 Invidiam. Quin ipse gravis tua carmina censor,
 Linenda cedro carmina,
 Exigis ad limam, non dedignatus amici
 Sensum atque mentem exquirere
 Ingenui: nec theta nigrum quandoque recusas,
 Aut pollicis versi notam.
 Sic Venusinorum sermonum candidus audit
 Judex Tibullus, & suos

Nafoni folitus recitare Propertius ignes,
 Arbitrio illius ftetit.
 Sic & Apelleas Lyfippus fæpe tabellas
 Colore vivo perlitas,
 Signaque Lyfippi fpirantia doctus Apelles
 Curâ recognovit pari.
 Nempe minùs peccat, præbere fidelibus aurem
 Quicumque præceptis amat.
 Nec metuit Bavius, qui feſe, iudice recto,
 Caſtigat erroris reum.
 Ingenium quicumque ſuum pluris facit æquo,
 Non æſtimandus poſteris,
 Aut tineis epulas, aut ſcombris debet amiçtum,
 Ridenda vulgi fabula.

A D

G U I L I E L M U M
 F U R S T E N B E R G I U M,

Fratrem ſuum, Canonicum Trevirenfem, Paderbornenfem & Monafterienſem, Româ per Galliam, ubi Marſiliae portu ob peſtilentia ſuſpicionem prohibitus, Telone ſuſceptus, & Lugduni gravi poſtmodum morbo tentatus fuit, in Germaniam ad ſuos proficiſcentem, An. M. DC. LVI. Non. Novemb.

ERgone Tyrrenum volitanti per mare puppi,
 Et impotentibus Notis
 Credulus, ire paras?

Nec